INDEX LECTIONUM

IN

ACADEMIA ALBERTINA

FRIDERICO GUILIELMO

HEREDE MONARCHIAE

ACADEMIAE ALBERTINAE RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

PER AESTATEM

ANNI MDCCCLXIII. A. D. XIII. APRILIS

P. P. O.

INSTITUENDARUM.



Praemissa est L. Friedlaenderi dissertationis de amphitheatris pars III.

Regimonti Pr.

Typis Academicis Dalkowskianis.

MDCCCLXIII.

Acad. Alb. Regim. 1863. III.

INDEX LECTIONUM

IN

ACADEMIA ALBERTINA

FRIDERICO GUILIELMO

HEREDE MONARCHIAE

ACADEMIAE ALBERTINAE RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

PER AESTATEM

ANNI MDCCCLXIII. A. D. XIII. APRILIS

P. P. O.

INSTITUENDARUM.



Praemissa est L. Friedlaenderi dissertationis de amphitheatris pars III.

Regimonti Pr.

Typis Academicis Dalkowskianis.

MDCCCLXIII.

(Gallia cispadana) Bononia. Tac. A. II. 67. (a. 70.): tertiadecimani struere amphitheatra jussi. Nam Caecina Cremonae, Valens Bononiae spectaculum gladiatorum edere parabant. Sed haec fortasse lignea fuerunt, Maffei. l. l. p. 86.

Parma. Lopez lettera al Braun intorno alle rovine d'un' antico teatro scoperto in Parma (1844) p. 25: l'anf. — sarebbe stato eretto come usavasi da' Romani presso le mura. p. 26. il nostro anf. (quod aetate Trajani exstructum fuisse putat, certe non ante incendium amph. Placentini Tac. Hist. II. 21.) potè resistere per molti secoli ad onte delle vicende guerresche à cui andò soggetto*), alla voracità del tempo ed alle barbarie degli uomini, dappoichè si trova bella memoria non solo ne' nostri statuti del 1255 (Pezz. stor. di P. T. I. App. f. 36 n⁰ 30), ma eziandio nel codice terzo delle nostri leggi municipali di 1317, quae vetant sordes deferre in amphitheatrum: quod cum multi forenses quando sunt in civitate Parma vadant ad videndum Palatium domini Imperatoris, quod est in Arena, et in ipsa arena deferantur multa turpia et inepta, videlicet animalia mortua, lutum de andronis et alia quam plurima turpia, quae redundant in dedecus maximum Communis Parmae et vicinorum morantium circa et penes ipsam Arenam et Palatium supra dictum.

Placentia. Tac. Hist. II. 21. (a. p. Chr. 70.): in eo certamine pulcherrimum amphitheatri opus, situm extra muros conflagravit — municipale volgus, pronum ad suspitiones, fraude illata ignis alimenta credidit a quibusdam e vicinis coloniis, invidia et aemulatione, quod nulla in Italia moles tam capax foret.

Velleja. Huebner l. l.

(Liguria) Libarna. Promis l. l.

Pollentia. Id. ib.

(Venetia et Histria) Hadria. Id. ib. Deminicis l. l.

Aquileja. v. progr. h. j. I. p. 7.

---

*) Agath. Hist. I. 15. ed. Niebuhr p. 15, 3 *Βουτιλῖνος ὁ τῶν Φράγγων ἡγεμὼν ἐς ἀμφιθέατρόν τι οὐ πόῤῥω τῆς πόλεως ἱδρυμένον (ἀνεῖτο δὲ τοῦτο ἀνδράσιν, οἷς ὁ βίος θεωμένου τοῦ δήμου πρὸς θηρία διαγωνίζεσθαι, ἐνταῦθα δή — μεγίστην ἐνέδραν καταστησάμενος κτλ.* a. p. Chr 552.)

Tergeste. Stancovich. anfit. d. Pola (1822) p. 78. amph. Tergestinum commemorat fuori di porta di Riborgo, di cui F. Ireneo dalla Croce (Hist. di Trieste p. 245) ci dà l'asse maggiore di piedi geometrici 157 ed il minore di 136.'

Pola. Stancovich. ib. p. 36 quadraginta tres gradus marmoreos exstare dicit. p. 64: amph. viginti duo milia spectatorum cepisse; p. 135 aedificium totum lapideum fuisse censet excepta summa contignatione lignea, ac porticu superimposita ornatum. p. 137: Nel registro dei diritti del Patriarca di Aquileja nell' Istria a. 1303 leguntur haec: In civitate Polae habet duo antiqua Palatia Jadrum et Arenam — et quicunque accipit aliquem lapidem de dictis Palatiis Jadri et Arenae, pro quolibet lapide quem accipit solvit domino Patriarchae Bizantia centum. Nihilominus accolae ex amphitheatro quasi e lapicidina materiam ad aefidicandum petere non cessabant, usquedum Senator Venetus Emo has venerabiles reliquias a destructione ingruente defendit, pro quo beneficio ei amphitheatrum a. 1584 dedicatum est.

(Gallia Transpadana) Verona. Maffei degli anfiteatri (ed. 2.) p. 120 hoc fragmentum tituli, ut videtur, ad dedicationem pertinentis publicavit: S. CON litteris maximis, bonam aetatem prodentibus scriptum. p. 159 altitudinem fuisse 110—120 ped. Veron. quum quatuor contignationes fuisse certum sit; cepisse autem viginti duo milia sedentium et (p. 261) eundem fere numerum stantium in summis partibus e ligno constructis. p. 170 sq. ingressus fuere LXXII, omnes numeris distincti. p. 213 podii murus marmoribus pretiosis ornatus fuit, quorum fragmenta supersunt. p. 285 canales subterranei destinati erant ad recipiendas immunditias defluentes et aquam pluvialem, non ad inundandam arenam.

Cremona. Tac. H. II. 67. l. l. supra p. 3.

Brixia. Labus intorno alle iscrizioni bresciane p. 71, quem librum inspicere non potui.

Bergomum. Promis l. l.

Augusta Praetoria Salassorum id. ib.

De amphitheatris Siciliae dixi in progr. Acad. Alb. 1860 VI. p. 6; in Sardinia unum est Carali, de quo v. de la Marmora voyage en Sardaigne I. p. 529 tab. XXXVIII (creusé dans la roche calcaire, supplée par des constructions avec ciment — le fond de l'arène traversé par des aqueducs souterrains.) Magnum numerum spectatorum capere potuit. Quod autem Capreis amph. esse dicitur in ea parte insulae, quam hodie vocant Anacapri, (v. e. g. Donaldson architect. numism. p. 303) id nullum esse puto.
